



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita S. Liborii Episcopi, Calcvlo Laborantivm Patroni

Bolland, Johannes

Antverpiae, 1648

Liber Secvndvs. Translatio S. Liborii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12748

LIBER SECVNDVS.

TRANSLATIO

S. LIBORII.

CAPVT I.

*Scriptiois causa. Episcopatus primæ
in Saxonîâ.*

Inscriptis. ms B

i. **D**Esriptis superiori libello *Bisonis Ep.*
vitâ & transitu pretiosissimi *iussu scriptæ*
Confessoris Christi atque *hæc histo-*
Pontificis Liborij, nunc se- *ria,*

cundum tuam, a Bisio, Præ-
sul egregie, iussionem, ad exponendam seriem
Translationis eius sacratissimi corporis, &
ostensa per eius merita virtutum *b insignia,*
pro concessâ diuinitus facultate, stylum men-
temque conuertimus; excitante studium no-
strum pensatione sollicitâ, qualiter vobis ob-
temperate, quantum deferre debeamus, ma-
ximè cum eorum officij dignitate sublima-
tos, quibus Diuinâ voce dicitur, *Luc. 10. 6.*
Qui vos spernit, me spernit, non dubitetur, vos mini-
mè sine Dei contemptu posse contemni.
Proinde ad retexendas cum laude debitâ vir-
tutum operationes, per quas sancti Spiritus

Signa Ms B

Luc. 10. 6.

F 2

gratia

*T Virtus
ms. B. inferit
omissa voce
gratia*

84 VITA S. LIBORII PATRONI

gratia solet electorum merita declarare, eo, quo te præcipiente huic operi insistere debuimus, nullum opportunius tempus occurrat: appropinquante videlicet sacrâ solennitate aduentus eiusdem Spiritus Paraleti, qui B. Liborij & in hac vitâ manentis inhabitator apparuit, & nunc ipsius sanctitatis per miracula index & glorificator existit. Cuius nos ad susceptum opus auxilium haudquaquam inefficacibus votis inuocatuos speramus, præsertim cum non aliud, quam quod ipse adueniens, mentibus, quas repleuit, ad proferendum inspirauit, Dei scilicet magnalia loqui, & ipsum mirabilem in Sanctis suis monstrare conemur. Sed antequam ad rei gestæ ordinem veniamus, causam Translationis memoratæ, atque exordium constructionis ecclesiæ, quæ tanto cælitus illustrari meruit thesauro, referre breuiter congruum arbitramur.

2. Igitur vbi primùm gloriosæ memoriæ Carolus Imperator, concertatione longissimâ, & varijs præliorum euentibus, cum gente Saxonum exactis, illos ferro edomitos Christi fidem suscipere fecit, suoque addidit imperio, clarum illicò dedit indicium, quâ fretus intentione, tam diuturnum laborem infatigabilis ferre potuerit. Siquidem, vt in *c* libello vitæ ipsius legitur, triginta & tribus continuis annis bellum cum eadem gente gessit. Quâ tandem partim armis, partim liberalitate

circa Pentecosten inchoata.

extitit. MSB

*Novum Caput
in MS Carolus
Magnus,
Saxoniâ
domitâ,*

LZ. MS B01

tate, per quam maximè Primorum eius animos sibi deinxerat, superatâ, totum exinde suum ad hoc contulit studium, vt pro tantarum saluatione animarum populi, post tot secula cultum demonum relinquentis, fructum sui laboris ex Dei remuneratione consequeretur. Et vt se magis Christianæ religionis, quàm regni sui dilatandi causâ, tantæ rei difficultatem aggressum ostenderet, ecclesias ^{templa multa extruit;} per omnem regionem illam, ad quas rudis infide populus confluere doceretur, & sacramentis cælestibus initiari consuesceret, sub quantâ potuit celeritate construi fecit: atque parochias diligenti ratione suis quasque terminis seruandas designans, quia *d* ciuitates, in quibus more antiquo Sedes Episcopales constituerentur, illi penitus prouinciæ deerant; loca tamen ad hoc, quæ & naturali quadam excellentiâ & populi frequentiâ præ ceteris opportuna videbantur, elegit.

3. Tum verò vix reperiiebantur, qui barbaræ & semipaganæ nationi Præsules ordi- ^{Et, quia verbes non erant, in pagis episcopatus erigit,} parentur. Cuius interdum ad perfidiam relabentis cohabitatio, nulli Clericorum tuta videbatur: cui Ecclesiasticum officium, & quidquid ad rerum Diuinarum pertinet cultum, non solum deerat, verùm ignotum omnimodis erat. Quocircâ vnâquamque prædictarum pontificalium Sedium cum suâ diœcesi singulis aliarum regni sui Ecclesiarum Præsulis commendauit, qui & ipsi, quoties sibi

quos alia-
rum Se-
dium Epi-
scopi com-
mittit:

vacaret, ad instituendam confirmandamque in sacrâ religione plebem, eò pergerent, & ex Clero suo personas probabiles cuiuscumque ordinis, cum diuerso rerum Ecclesiasticarum apparatu, ibidem mansuros iugiter destina- rent. Et hoc tamdiu, donec annuente Domi- no salutaris illic fidei doctrina conualesceret, & ita Diuini vsus ministerij proueheretur, vt proprij quoque in singulis parochijs dignè & fiducialiter possent manere Pontifices.

Biso Ep.
Paderborn.
4.

a Biso quando sederit, supra indicauimus §. 2. tem- pore nimirum Ioannis VIII. Papa, vt scribit Gobelinus Persona. Cosmodromij etate 6. cap. 45. Sedit verò Ioan- nes à 14. Decemb. an. 872. ad 15. Decemb. 882. Biso autem rexit ipsam Ecclesiam Paderfontanam, in- quit idem, annis XXIII. Hic à Carolo Craffo Imp. vt refertur in Vita S. Meinverci Ep. Paderborn. quam v. Iunij dabimus, an. 885. electionem Episcoporum inter eiusdem & ab eiusdem Ecclesiæ filijs facien- dam impetrauit. Idem corpus S. Meinulphi, vt dice- mus ad eius Vitam v. Octob. transtulit temporibus Ar- nulphi Imp. qui rerum potitus est à fine anni 887. qd an. 900.

b Ms. Corfend Signa.

c Dedimus 28. Ianuarij S. Caroli Magni Vitam per Eginardum. Tomo 2. Scriptorum Francic. Andrea Duchesnij in varijs Annalibus Francorum plenius re- feruntur eius res gestæ.

d Gobelinus cap. 38. etate. 6. in totâ patriâ illâ non erat locus muris cinctus; paucis castis exceptis.

C A P V T II.

Primus Paderbornensis Episcopus
B. Hathumarus.

*nō est in
notum Caput
in Bod. ms*

4. **I**Nter omnia verò loca, constituendis
Principalibus Ecclesijs in hac, de quâ lo-
quimur, prouinciâ designata & Paderbornen-
sis Sedes speciali quadam dignitate præcellit,
habens amplissimam circumquaque plani-
tiem, nemorum tamen frequenti & variâ di-
uersitate sufficienter ornatam, agros vberes,
& frugum omnium feracissimos. Cui adiacet
à læuâ in ipso mœnium prospectu silua, mul-
tis passuum millibus in longum latumque
diffusa, ad eò pecorum & armentorum pascuis,
apiumque seruandarum vsui opportuna; vt illi
non dissimilis videatur regioni, quam sacræ
litteræ vocant Terram lacte & melle manan-
tem. Accedit ad ornamentum loci saluberrimorum
fontium, intra ipsum oppidum in
vnum pariter alueum confluentium, incom-
parabilis tam species, quàm numerositas; in
tantum, vt eorum *b* latitudini & amœnitati
similes esse alibi minimè compertum habea-
mus. Nec desunt hinc inde & alia flumina,
utilitatum, quæ ab his petuntur, largissima.
Aër ibidem & aura placidior, & licet in fri-
gido terrarum tractu, naturali gratiâ tempe-
rator, citius quàm in alijs illarum regionum

*Paderborn-
na, sic a-
mæno loco, bur-
& ms. Bod.*

*/maniorum
ms. b*

fertili

b

salubris

F 4

parti-

partibus, maturitatem cunctorum fructuum afferre consuevit. Præterea pagus ipse, ut & nostra memoria, & veterum relatio testatur, viris omni nobilitate generis animique semper insignibus abundabat: ut non esset dubium, quin patria ciuibus, & ciues patriæ congruerent, ac sibi utraque vicissim ornamento forent. Et hæc quidem pauca de pluribus, hinc à nobis non ex superfluo dicta animaduertet, qui Christianissimi Principis ex hoc quoque in Deum deuotionem comprobabit, quòd ea, quæ ex tantâ locorum amœnitate iure belli acquisita, sub suâ potuit tenere ditio, Diuino magis seruitio, quam suis deputauerit vsibus. Tamen interdum, pro varijs gentis eiusdem utilitatibus generale placitum habiturus, illic populi conuentum fieri iussit, & hac ibidem causâ aliquamdiu solebat immorari.

conuentum
habet:

Caput Novum
in ms. Bodic.

S. Leonē III.

Papam ibi

excipit,
hic. ms. B. d

à quo ara
dicata, collo-
cat & reli-
quia

5. Nam & vir sanctissimus & verè Apostolicus Papa Sedis Romanæ, d. Leo nomine, iniusta ciuium odia perpeffus, illic eum adiit, pro sedandis contra se ortis simultatibus, imperialem opem quæsiturus. A quo cum ingenti, ut par erat, honore susceptus, religiosum eius ac salutare Christianitatis dilatandæ studium nobiliter inchoatum, Apostolicâ auctoritate firmavit, atque in Ecclesiâ tunc ibidem nouiter constructâ e quoddam altare consecrans, adorandas in eo reliquias Protomartyris Stephani, quas secum Româ detulerat, collo-

collocavit; fiducialiter id Principi promittens, quòd oratorium illud, tanti Martyris patrocinio munitum, non vlteriùs passurum foret iniuriam, quam, ipso referente, priùs ei contigisse cognouit; vt videlicet ob incolarum loci perfidiam & odium in religionem Christianã, aliquoties f igni traderetur. Et ob hanc maximè causam easdem reliquias ibi rogatu Imperatoris recondidit, non sine effectu congruo fiducia sponfionisque suæ, cum nihil tale postmodùm illic perpetratum esse certissimum sit.

burn.

6. Hoc igitur ordine Paderbornensis Ecclesiæ Sedes episcopalis tam Imperatoriã sanctione, quàm Apostolicæ benedictionis auctoritate primitus constituta, ob causam superius memoratam commendata fuit aliquamdiu tuitioni Præfulum cuiusdam castelli orientalis g Franciæ, quod sermone barbaro Wirtzburg appellatur. Sub quorum regimine status rerum ipsius parum proficere potuit; quippe cum loca ipsa longâ inter se terrarum intercapedine distarent, & Præfatos Præfules rarò hanc nouellam Ecclesiam inuisere, vel occupatio permitteret, vel commoditas suaderet. Neque enim ibi deerant negotia, quibus procurandis insisterent, neque huc pergendi laborem paruum faciebat itineris longitudo. Ibi res necessariae sufficientes erant & ordinatæ: hîc & tenues, & cum difficultate nouiter ordinatæ.

F 5

7. Quo-

*ad fidei securitatem;**f aliquoties**ms. B. 10**Novum Cap.**mi. B. 10.
eum Episcopatum VVirtzburgensis regit.*

&

7. Quocircà meritò vtilius visum est, hanc Sedem suam per se habere Antistitem, qui non alibi occupatus, hinc tantum agendis rebus præsens insudaret. Erat tunc temporis in Clero Wirtzburgensi vir magnæ humilitatis atque modestiæ, i Hathumarus nomine, de gente nostrâ, hoc est, Saxonica, oriundus: qui cum adhuc puer esset, belli tempore Carolo Imperatori obses datus, illic servari iussus est. Vbi postea tonsuratus, ac studijs litterarum traditus, in virum perfectum moribus & eruditione profecit. Hic ex præcepto Principis primus est Paderbornensis Ecclesiæ ordinatus Episcopus. Post cuius ordinationem paucis annis transactis, k idem gloriosissimus Princeps ab hac luce migravit. Cuius incomparabilem in omni virtutum gloriâ præstantiam licet libellus de vitâ eius conscriptus plenissimè referat, nos tamen hinc aliquid de eo vel breuiter dicere, ipsius in nos beneficij magnitudo suadet. Quem arbitror nostrum iure Apostolum nominari: quibus ut ianuam fidei aperiret, ferreâ quodammodò linguâ prædicauit. Qui cum toties victoriâ potitus, quoties in procinctu positus, multas sibi gentes, multa regna subiecit; constat tamen eum gloriosissimè etiam de diabolo triumphasse, cui tot animarum millia, prius sub eius tyrannide captiua, in conuersione nostræ gentis eripuit, & Christo Domino acquisiuit. A quo illum recipere præmium & confidimus, & opta-

Hathumarus

ms. B. i

deim Hathumarus,
Episc. Saxo,
olim obses
datus Carolo,

Paderbornensis
Episc. = ms. B.

k

verè Apostolum
Saxoniae

Euem ms. B.

Subiecit ms. B.

optamus, vt fruatur in cælis Apostolorum consortio, quorum functus est in terris officio.

a MS. *Corsendoncanum*, Padaburnensis. Variè huius urbis nomen effertur q̄b antiquis Scriptoribus: Paterbruna, & Paterbrunnas appellatur in Ioannis Tiliy annalibus minoribus; in auctioribus Paterbrunna, & Patrisbrunno: in fragmento annalium Alex. Petauij, Padresbrunnon, & Padresburnon: in annalibus Loiselij Paderbrunnen (vii & in alijs quibusdam) & Padabrunno: in Vitâ Caroli Magni per incertum, Paderburnen, & Paderburnum: in eiusdem Vitâ per monachum Egolismensem, Paderbrunnem, & Padabruno: in Poëtâ Saxone Pathalbrunnon: apud Eginhardum, Padabruna: in Vitâ Ludouici Pij, Paterbruna: in historiâ constructionis nouæ Corbeie, Patherbruna: in Annal. Fuldens. Padrabrunno, & Padraprunno: in historiâ Translationis S. Viti Patherbrunna. Gobelinus cap. 38. nominis etymon exponit. Oritur enim isthic fluuius, qui Pader dicitur, ex tribus fontibus, quorum singuli Pader appellantur. Quare idem Gobelinus suprâ, Ecclesiam Paderfontanam dixit. Born namq; aut brunn, siue borne, & brunne Teutonice fontem significat. Quidam fluuiio huic nomen inductum à didisse Carolum Magnum aiunt à Pado Italia fluuiio, fonte ex tribus itidem fontibus, in vnum coëuntibus alueum, orto. Refellitur id ex S. Ludgero, qui in Vitâ S. Svviberti I. Martij, inter Saxones VVerdense monasterium an. DCCLXXVIII. populatos recenset nefarium quemdam Ogellum Oosterbach de Paderborne: atque ex Poëtâ Saxone infrâ citando, qui vetustum fuisse urbis nomen significat, ergo & fluuij, à quo urbi nomen. Alij à Romanis, cum ijs in locus castra haberent, factum volunt, ob eandem Padi similitudinem. Quod vt absque veteri auctore affirmare mihi non est animus, ita consentaneum rationi vsiq; non inficior; & accolarum traditione celebratum. Vix xv. stadia progressus

Paderbor-
næ nomen
variè ex-
pressum:

ductum à
fonte

gressus Pader, ad Niehuis arcem à Theodorico Furstenbergio Ep. constructam & oppidulum, Lippæ miscetur, sat tenui riuo, alteriq; ac deinceps Lippæ, siue Lippia, aut Lupia, seu Luppia retinet nomen, donec in Rhenum sese ad Wesaliam oppidum exoneret. Locum in quo Lippa ac Pader coeunt, vel ipsam (ut tunc erat) Paderbornam, ita describit Auctor carminis de Leonis III. Papa ad Catolum aduentu:

Patra, siue
Padi fl.

Est locus insignis, quo Patra & Lippa fluentant,
Altus & in nudo campo iacet, vndique largo
Vestitus spatio: celso de colle videri
Namque potest legio omnis & hinc exercitus
omnis,
Castra Ducum, & Comitum, radiantiaque arma
virosum.

Qui hinc Patra, in Vita S. Adelardi per S. Paschasium Ratbertum 2. Ianuar. cap. 16. nr. 66. Pater appellatur, ita enim describitur Corbeia Saxonica situs: Est autem locus, pergentibus ad ortum solis de Fonte Parris, situs supra littus Wisiræ, &c. Franciscus Irenicus l. 12. Germanica Exegeleos Padam vocat.

eoq; multi-
plice:

b Tres precipui Pada, siue Padi, aut Padula, fontes; qui è rupe omnes prorumpunt intra ipsam urbem: intra quam in unū alueum coeunt, ac fluium profundum latumq; conficiunt, qui astate frigidissimus, hieme utcumque calidus est. Trium horum fontium vnus ita profundus est, Gobelino teste, ut ab aqua superficie ad fundum pedes esse 98. testati sint qui explorarant. Alij praterea fontes in eadem ipsa urbe orti, aquis suis Padum augent: ex vnus, qui maximè Australis, aqua prestans coquitur cereuisia, qua etiam vim medicam habere contra calculum creditur.

Fontes eo
tractu aci-
duli:

Extra urbem alij fontes ac riui, sanè memorandi: nam prater tres circa Driburgum, aliumq; propè Ludam oppidum, acidulos ac medicatos fontes, à Matthæo Meriano in Topographiâ VVestphalia relatos, maximè mirabilis qui Bolderborna, siue Bulterborna appellatur, iuxta Aldenbekam pagum. Hic estum quem-
dam

dammarino similem patitur : nam XXIV. horarum spa- Bulderbor-
tio bis aquas suas resorbet, ac post sex horas denuò eru- na fons re-
elat ingenti cum strepitu, unde & nomen accepit : Bol- sorbetur,
deren enim, siue bulderen, Teutonicè, cum strepitu
blaterare aut detonare dicimus. Tam copiosum ramentum
Bolderborna riuum profundit, ut is non longè à suâ *uti & riuus*
scaturigine ternas molarum rotas circumagat. Sed ali- *ex eo ortus*
quanto spatium progressus in terram penitus subsidit. Idem
alij duobus riuus eodem tractu accidit : quorum alter
Svvanerum pagum præterfluit, haud procul Pader-
bornâ, ac paullo post terrâ se condit : alter inter oppidum
Lechtenauiam, ac pagum Steinem. Retulit mihi Io-
annes Grothufius noster, se, cum isthac iter faceret,
animaduertissetq; mergi fluuium illum, propius acces- *& alij duos*
sisse, & silicibus glareâque submotis, nullum perspexisse,
quo absorberetur, foramen ; sed aure ad terram admo-
tâ, unâ cum socio, audisse ingentem strepitum ac colli-
sionem velut in cellam delabentium aquarum. An hi
annes Paderbornæ, aut alibi, denuò prorumpant, ut
tradi ab aliquibus scribit Merianus, frustra quæram,
quod latere voluit Auctor natura.

c Placitum passim pro conuentu iudiciali, siue con- Placitum
uentus loco, usurpatur in mediæ ætatis scriptoribus. siue conuen-
Exempla plura reperies in Glossario Frid. Lindenbrogij tus, Fran-
ad Codicem legum antiquarum. De conuentu ad Pa- corum ad
derbornam, quod huc facit, ita scribit Poëta Saxo lib. 1. Paderbor-
annal. ad an. 777. nam, an.
777.

Conuentum placiti generalis habere

Cum Ducibus se velle suis denuntiat illic.

Tanto concilio locus est electus agendo,

Quem Pathalbrunnon vocitant, quo non habet
ipsa

Gens alium naturali plus nobilitate

Insignem, qui præcipuè redimitus abundat

Fontibus, & nitidis & pluribus, & trahit inde

Barbaricæ nomen linguæ sermone vetustum.

Meminere magni placiti isthic eo anno habiti Anna-
les Tiliiani, quod Losseliani & monachus Egolismensis
synodum

synodum publicam appellant; Vita Caroli magni per incertum, synodum, & concilium publicum; Eginardus generalem populi conventum. Iterum an. 785. placitum habuit ad Paderbrunnon cum Francis & Saxonibus, ut habet Fragmentum annal. Alex. Petavij, siue; ut Loiseliani, synodum publicam celebravit; aut, ut Vita eius per incertum, concilium publicum tenuit. De secundo hoc conventu agunt cum Eginardo ceteri Scriptores. De tertio, an. 799. mox dicemus. Ibidem Ludouicus Pius an. 815. conventum habuit, vii idem Eginardus auctor est, & alij infra. Pij quoque filius Ludouicus Rex Germania, ut habent Annales Fuldenses, an. 845. in Saxonia apud Paderbrunno generale placitum habuit.

an. 785.

799.

815.

845.

d Leo III. is fuit, de quo ad XII. Junij. Extat de eius ad Carolum aduentu poëma elegans tom. 2. Francicor. scriptor. Quâ de re ceteri quoque agunt annales, qui & memorant sanctissimo Pontifici manus à populo Romano iniectas in publicâ supplicatione, oculos erutos, linguamq; excisam; sed virtute Diuinâ & hanc & illos ei restitutos.

S. Leo III.
Papa

Indulgentias concedit
Paderborna.

e Gobelinus addit: Visitantibus eandem capellam in anniuersario dedicationis ipsius, qui est VIII. Decembris, de benignitate Sedis Apostolicæ magnas Indulgentias concessit. Extat etiamnum in cryptâ illud altare S. Stephani De eo Vita S. Meinwerci Ep. Paderborn. 5. Junij cap. 1. in cryptâ ibidem nouiter constructâ, quoddam altare consecrans, Leo Papa, adorandas in eo Protomartyris Stephani reliquias, quas Româ secum attulerat, in priuilegium Apostolicæ consecrationis collocavit.

Paderborna
combusta
an. 1000.

f Non planè ab omni incendio immunem fore Paderbornensem Ecclesiam vaticinatur sanctus Pontifex, sed quod incolarum loci perfidia, odiumq; in religionem Christianam, excitasset. Alioquin, ut in citatâ S. Meinwerci Vitâ dicitur, & supra §. 5. retulimus, anno Dominicæ Incarnationis millesimo, ordinationis Rethardi Ep. nonodecimo, regni Ottonis III. decimo-

septi-

septimo, Imperij quarto, Indiēt. XIII. ciuitas Patherbrunnensis primū incendio vastatur, nobile-
 que principalis Ecclesiæ monasterium, præcipui
 operis & decoris, à Carolo Magno fundatum, à
 beatæ verò memoriæ Badurado Episcopo conlum-
 matum, & XIV. Calendas Nouembris dedicatum,
 cum libris, priuilegijs plenarijs, alijsque Ecclesiæ
 ornamentis propemodūm conflagrauit. *Ex ijs quæ
 ibidem subiiciuntur, patet, vel omissum aliquid esse, vel
 vocem propemodūm, pro penitus accipiendam: quare
 à Gobelino, qui cap. 50. atatis 6. idem incendium iisdem
 ferè verbis commemorat, omissa est: vti & à Krantzio
 Metropolis lib. 3. cap. 40. Iterum conflagrauit ciuitas
 cum ecclesiâ an. MCXXXI. vti refert Krantzius lib. 6. & an. 1131
 cap 10 & Gobelinus cap. 58. qui cap. sequenti tradit à
 Bernardo Ep. restauratam, & duodecimo post anno,
 Christi MCXLIII. dedicatam.*

g Franconia nunc vulgò dicitur, Teutonicè, Franc-
 kenlandt, id est, Francorum regio.

h Ita & *Annales Fuldenses ad an. 746. Eginardus
 an. 793. Celebrauit Carolus Natalem Domini apud
 S. Kilianum in Wirtziburgo iuxta Mœnum flu-
 uium. Monachus Egoismensis ad eundem annum,
 Wirtzinburg vocat, MS. Bodecen. Wirzeburg. Poste-
 riores Herbipolim dixere, paritè idoneâ interpreta- Herbipolis
 tione, ex Latinâ Gracâque voce nomen conflantes. vnde unde dicta.
 Gunterus lib. 5 Ligurini:*

Conueniunt, urbemque petunt, cui nomen ab
 herbis

Esse putant, linguæ vulgaris origine tractum.

Burg quidem castrum, siue urbem munitam significat
 sed v virtz, siue vvurtz, non herbam, sed radicem. vnde
 Iacobus Spigelius in Scholijs ad Ligurinum, fatetur
 satis durè Herbipolim dici, pro VVirtzburgo. Plura de
 eius etymologiâ Irenicus lib. 11. Germania Exegeoseos
 sed quod ait à Ptolomeo Arctæum dici; nescio ubi le-
 gerit; nam in Ptolomeo nusquam id nomen habetur.

i Quia sapius obsides à Saxonibus accepit Carolus,
 scirâ

sciri certò non potest, quo anno traditus ei sit R. Hathumarus, quem Cratepolius alijq; S. Hadumarium appellant; Krantzius & alij Hatimarium. Constat sub S. Burchardo, primo Ep. Herbipolensi, litteris & pietate eruditum.

k Cùm obierit Carolus 28 Ianuarij an. 814. manifestum est errasse eos. qui anno Christi 795. ordinatum Hathumarum 804. mortuum scripsere, ut ad sequens caput notabimus.

Novum Caput
in MS. Bodic

CAPUT III.

Episcopus II. Baduradus. Reliquiae petitione
Cenomanis.

II. Ep. Baduradus,
nobilis, egregius:

a

b

c

is templa
struit &
ornat:

8. **V**T verò ad propositum redeamus; defuncto Carolo, a Hathumaro quoque Episcopo non longo post tempore ab hac mortalitate ad perennem, ut credimus, vitam assumpto, successit ei vir egregius, nomine Baduradus, qui & ipse ex hac regione nobili ortus prosapia, ex eiusdem Ecclesiae Clero b electus est. Qui praeclaræ morum nobilitatis, magnanimitatis & industriæ merito, familiaritatem regiam c intimè consecutus, tantæ dignitatis locum promeruit, ut ei non minor facultas, quàm voluntas amplificandæ, prouehendæ, atque adornandæ Ecclesiae sibi commissæ, suppeterere videretur. Tunc verò, tamquam ad hoc sibi datam diuinitus excellentiam animaduerneret; nihil sui laboris studi; que subtraxit ab acquirendis ac procurandis omnibus, quæ ibidem ad Diuina

uina

uinæ laudis augmentum, ad vtilitatem Christiani populi nouerat pertinere. Hæc illi cura prima imminēbat, ecclesias per omnem parochiam suam sub celeritate construere: principalem verò basilicam ingenti decore & grandi opere extollere, res omnes ad eam pertinentes modis varijs adornare, augmentare Clerum, disciplinam monasterialem instituire, pueros tam nobiles, quàm inferioris conditionis, in scholam congregatos, in Diuinæ legis eruditione nutrire. Quod eius laudabile studium ita felix profectus comitabatur, vt verè illum ad hoc à Deo præsignatum, & rudimentis eius loci cælitus concessum dicere valeamus.

9. Quia verò rudis adhuc in fide populus, & maximè plebeium vulgus, difficilè poterat ab errore gentili perfectè diuelli, latenter ad auitas quasdam superstitiones colendas sese conuertens; intellexit vir magnæ prudentiæ, quòd si præcipui alicuius Sancti illic corpus allatum, miraculorum, vt fieri solet, ostensione & gratiâ sanitarum suadente, multitudo plebis inciperet venerari, & ad eius patrocinia confluere consuesceret, nullâ re eam faciliùs ab infidelitate posse reuocari; præsertim cum verbis doctorum de Diuinâ virtute non credentes, tamen his, quæ oculis viderent, quæ beneficiorum vtilitate sentirent, fidem derogare non possent; prætereà cunctis fidelibus ibidem manentibus, vel eò

G conue-

Schule Peltz
Comitabatur

Clerum aug-

ger:

pueros in-

strui curata

Comitabat. ms

Bodis

Novu Caput in

ms Bod

Reliquias

SS. procu-

randas cert-

set:

Confluere
ms-Bod

conuenientibus magnæ hoc apud Deum intercessionis solatium, maximam eidem locutionem & gloriam collaturum fore non dubitans, ad id obtinendum sedulæ cogitationis curam intendebat. Et quoniam à Deo, qui est fons bonitatis, quidquid optatur boni, & maximè rem tantam nouerat expetendam, indicto ieiunio, & celebratâ supplicatione publicâ, cum omnibus sibi commissis, ab eius clementiâ demonstrari sibi postulat, quoniam ordine pro adipiscendâ re desideratâ deberet insistere.

10. Vnde fidem eius benignè respiciens, dignatus est ei reuelare, quòd ad Cenomanicam urbem Galliæ rem diu optatam peti- tum ab Episcopo loci mittere deberet: ibi dandum votis eius effectum prosperum fore. Ex hac reuelatione indubiâ spe animatus, accelerare negotium studuit. Episcopus qui præfatam urbem eo regebat tempore, Aldricus nomine fuit. Ad hunc ergo cum consensu & præcepto Cæsaris Ludouici, nuntios destinandos elegit, ex Clero quidem suo probabiles personas, & in sacris ordinibus religiosam vitam ducentes: necnon & quosdam laicos nobiles, quorum fidem & industriam ad tale opus idoneam nouerat. Clericorum verò, quibus id negotij commendatum est, præcipuus erat quidam Presbyter, Ido cognomine, qui omnem suæ profectiois historiam, & signa, quæ in eâ diuinitus ostensa perspexerat,

partim

*diuinitus
monetur, ut
eas Ceno-
manus pe-
tat.*

d

*(. 2. ms 4d)
probante
Ludouico
Pio Imp. eò
legatos mit-
tit:*

partim viuâ voce intimata, partim litteris breuiter annotata, ad nostram fecit notitiam peruenire.

a *Viuebat B. Hathumarus adhuc an. 815. quo anno Adelardus, S. Adelardi Abbas Corbeiensis tunc exulantis vicarius, Ludouicum Pium, qui tunc habebat placitum in Saxoniâ, in loco qui dicitur Patherbrunna, rogauit, ut monasterium in eâ prouinciâ construï iuberet. Quod cum pijssimus Princeps benigne suscepisset, placuit accersere Episcopum, nomine Hathumarum, ad cuius diœcesim pertinebat locus, vbi construendum erat monasterium, vt cum eius fieret imperio & voluntate. Ita libellus de constructione noue Corbeia, atque historia Translationis S. Viti, quam 15. Iunij dabimus. Fallitur ergo scriptor vitæ S. Meinverci, qui B. Hathumarum anno Christi 804. sui Episcopatus 9 decessisse asserit. Quem temerè sequuntur Gobelinus cap. 38. & 40. Kranzius Metrop. lib. 1. cap. 11. & 16. Cratepolius de SS. Germania, Bruschius in Catal. Epp.*

B. Hathumarus quando mortuus.

b *Hunc quoque, vt decessorem, inter obsides Herbipolim translatum, ait Kranzius lib. 1. Metrop. cap. 16. II. Ep. Pat. ac Bruschius. Alij Baderatum & Baduratum vocant, detborn. alij Badaradum, Canisius Baduranum, Rolevinckius Badueradum, Cratepolius Balduinum. Hic esse videtur, quem Theganus Baradadum, Episcopum Saxonicum appellat, aitq; cum alijs Principibus à Ludouico ad Lotharium filium an. 834. missum, præcepisse ei sub edicto omnipotentis Dei & Sanctorum eius, vt alienaret se à societate impiorum seductorum eius, &c. Idem indubiè est, qui in concilio ad Theodonis-villam an. 835. habito pro depositione Ebbonis, & Ludouici Imp. reconciliatione, Badaradus appellatur.*

vir egregius.

d *Colitur S. Aldricus Cenomanensis Episcopus 7. Ianuarij: ad quem diem illius Vitam dedimus ex Gallicâ Petri Vielli Latinè redditam. Pleniorè nuper, sed Gallicè quoque, edidit Antonius Coruasserius.*

*Novum Caput
in MS. Bodic.*

CAPUT IV.

Miracula facta dum eleuatur S. LIBORII corpus.

*S. Aldricus
Ep. Cenom.
addicit cor-
pus S. Libo-
rii:*

*a
b*

II. Igitur anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo trigesimo sexto, Indictione xiiij. cum præfatus Ludouicus tertium & vigesimum *a* in imperio annum ageret, Legati Paderbornenses, de Saxonîa profecti, ad urbem Cenomanicam *b* quinto Kalendarum Maiarum die venêre: insinuantisque Episcopo causam, pro quâ missi fuerant, benignè ab eo suscepti, Dei nutu, vt credimus, sine morâ petita impetrauerunt. Sequenti namque die cõuocans omnem Clerum, præfente suo quoque Coëpiscopo, David nomine, tractare cum eis diligenter cœpit, qualiter Missorum, de tam longinquâ regione venientium, religiosi precibus decenter in hoc posset annuere, vt Sancti alicuius integros, vt petebant, artus accipere mererentur. Erat ibidem sanctorum corporum magna copia: inter quæ S. Liborii quondam Præsulis eiusdem urbis præcipuè glorificatum miraculis habebatur insigne. Quod cum Episcopus præfatis nuntijs dare disponderet, reniti primò cœpère plurimi, dicentes se illis pignoribus pretiosius nihil habere.

II. Tandem vix omnium impetrato consensu,

sensu, assumptis secum Sacerdotibus & cuius-
 cumque gradus Clericis, sacri ministerij ve- *ieiunii ad*
 stibus ornatis, Missos quoque, qui sanctos ar- *ecclesiam*
 tus accepturi erant, adesse præcipiens, proces- *conueniuntis*
 sit ex vrbe ad ecclesiam, in quâ sacratissimum
 B. Liborij corpus digno cum honore condi-
 tum habebatur. Erat autem eadem ecclesia
 iuxta ciuitatem posita, & in honore s̄ duode-
 cim Apostolorum dedicata, quam primus
 eiusdem Sedis Præsul, nomine d̄ Iulianus, con-
 didisse fertur. Ad hanc itaque memoratus
 Episcopus, denuntiato prius ieiunio, cum sa-
 cro illo comitatu humiliter ac deuotè, vt ad
 tale opus decebat, perrexit, vicissim psalmos,
 litanias, hymnosque decantans. In quam cum
 ipse & plures secum, sacros artus de Mauso-
leis leuaturi, conuenissent, (mirum dictu) sen-
 sere cuncti inæstimabilis odoris suauitate to-
 tam domum repente completam. Qui dissi- *suauis odor*
 milis odoramentis omnibus, quæ in terris vel *diuinitus*
 naturâ vel arte fiunt, clarum cælestis cuius- *aspirat,*
 dam præsentia dedit indicium. Ita enim om-
 nium, qui aderant, mentes magis quàm cor-
 pora ineffabili iucunditate immutauerat, vt
 velut in ecstasi positi, & aliarum rerum obliti,
 tantum ibi manendi delectatione teneren-
 tur. Nec dubium, quin ipse tunc fuerit in me-
 dio multorum fidelium, in suo nomine con-
 gregatorum, qui paucis quondam discipulis
 tantam suæ visionis dulcedinem præbuit, vt
 primus eorum diceret: Domine, bonum est Matth.

deest in
ms. Bod.

Capitulum No-
vum in ms. B
Manifestis in
Bod. deest in

2. Cor. 2. 15.
dum S. Li-
borij reli-
quia ele-
vantur,

*In Corpore dante
sunt reliquia
Pauacij videlicet
atq. Gundanisti,
per totum autē
illud diei spati-
um quo S. Li-
borij membra
ecce visus
recipit.*

nos hîc esse. Nec erat incongruum, vt eorum
meritis odoris fragrantia testimonium daret,
cum quibus Apostolus dicit: Christi enim
bonus odor sumus Deo. Erant autem in eo-
dem loco aliorum quoque membra Sancto-
rum, in sarcophagis honestè reconditorum,
maximè Episcoporum ciuitatis illius. Ex qui-
bus tunc simul, cùm B. Liborij membra de
tumbâ leuata, in feretro locanda compone-
bantur, prædictus odor numquam defuit:
quò minùs dubitaretur illi operi ministerium
præbuisse, quo cœpto, inchoauit; quo finito,
non diutius mansit. *(Cap. Nou. in ms. Bou)*

13. Dum hæc in templo agerentur, foris
quoque aliud signum eadem contigit horâ.
Nam mulier quædam ab annis plurimis cæ-
ca, in conspectu populi, qui satis frequens pro-
foribus stabat, interuentu ipsius, cuius corpus
interiùs ad efferendum parabatur, lumen re-
cepit. Et quoniam eius tam prioris ærumnæ,
quàm nouæ sanitatis omnes ferè, qui aderant,
testes erant, adedò multitudinis animos res
gesta commouit, vt omnes simul in laudem
Dei, elatâ in excelsum voce, prorumperent.
Quod audientes qui cum Episcopo erant in-
tra clausas oratorij ianuas, statimque mira-
culo quolibet populùm in tantæ gratulatio-
nis clamorem excitatum intelligentes, & ipsi
pro viribus Diuinæ pietati gratias agere, ac
præ gaudio flere cœperunt. Cumque suas
vtrinq; voces, qui intus & foris erant, re-
cogno-

*omnibus
Deum lau-
dantibus;*

cognoscerent; vno omnes affectu mirabiliter inspirati, in tantum erupere planctum, vt vix quisquam continere lacrymas posset. Sed Episcopus videns cantum Diuinæ laudis fletu exigente intermissum, cœpit rursus antiphonas & psalmos Sanctorum gloriæ congruos cum Clero psallere; atque ita confusæ multitudinis clamorem compescuit. *Nov.*

14. In ipso verò momento, priusquam illud sacratissimum corpus de ecclesiâ, in quâ sumptum est, efferretur, etiam tertio signo eius declarata sunt merita. Denique vir quidam horribiliter longo tempore vexatus à dæmonio, & multis iam famâ tantæ miserix factus notissimus, quippe qui per multas ecclesias & monasteria ductus, nusquam suæ remedium calamitatis accepit; tandem cum matre propriâ veniens ad ecclesiam, in quâ sacer ille thesaurus adhuc inter Sacerdotum manus habebatur, confestim ita purgatus est, vt ne signum quidem vltra talis pertulerit passionis.

15. Tum verò Antistes, ne quam nuntijs memoratis moram faceret, eodem die venerandum illud corpus cum omni reuerentiâ suis & Sacerdotum manibus deportari fecit in urbem, ad principalem suæ Sedis ecclesiam, vt hoc ibi coram populo his, qui accepturi erant, honorificè commendaret. Comitabantur verò, nec vsquam deerant, velut præsentis Dei virtutis, Sanctum suum mirifican-

~~Nov. 103.~~

gruentes. MS

*Nov. Cap. in MS Bod
energume- = de
nus libera- est in
tur; MS*

-nec. MS-B

Cap. Novum. MS-B

*desertur
corpus S. Li-
borij ad ba-
siliam Ca-
thedralem;*

e

ris, indicia. Nam ubi primùm ecclesiæ, quam diximus, illatum est, ingressus pariter quidam claudus utroque pede, & multis in hac debilitate derentus annis, mox ut caput ad orandum inclinavit, recepit integram sanitatem.

claudus gressus restituitur,

mutus loquens.

16. Transacto deinde paruo diei spatio, mutus quidam, diuturno inutilis linguæ damnatus silentio, subitò sibi vocis organa sentiens restaurata, omnipotentis Dei misericordiam, eiusque Confessoris & Pontificis Liborij patrociniū, plano coram omnibus sermone laudabat.

Cap. novum in ms. Bod.

17. Sed cùm ita coruscantibus supernæ gratiæ beneficijs celeberrimus ageretur dies, postremò maiori quoque miraculo novum fidelibus gaudium, nova data est materia gratulandi. Licet enim omnia Deo sint æquè facilia, magis tamen solemus mirari, cùm dantur nova & numquam habita, quàm cùm amissa restaurantur. Hic eadem rursus fiunt, quæ naturali ordine prius facta fuerant: ibi mira Dei virtus tribuit, quod natura negavit. Vir quidam ab ortu natiuitatis in tantum à genibus deorsum debilitatus, ut tibiæ cum pedibus arefactæ, graciles & contortæ, omnem ambulandi usum penitus denegarent, in prædictâ ecclesiâ ante veneranda S. Liborij pignora deportatus est: atque illicò viuaci vigore neruis venisque infuso, & dissolutis antè compagibus solidatis, recto gressu cœpit ingede-

*et perdit ms. p. in gressu
contractio
subita integritas,*

*— claudus
deportatus est
reliquias*

cedere. Quo cognito, fit ingens admirantis
 atque gratulantis populi circa eum concur-
 sus. Certatim omnibus videre cupientibus,
 quod paullò antè numquàm se visuros arbi-
 trabantur. Neque enim velut infirmis aut ti-
 tubantibus vestigijs gradièbatur, sed coram
 omnibus, qui eum numquàm antea sanis ter-
 ram plantis tetigisse nouerant, celeri motu
 currens & exiliens, Christo Domino eiusque
 sancto Confessori gratias referebat. Agebat
 hoc nimirum ipse per successorem Apostolo-
 rum, qui per ipsos quondam Apostolos eo-
 dem modo claudum à natiuitate, simili gra-
 tiâ sanari concessit.

18. His ita gestis, cum inclinâtâ iam die
 Dominicæ noctis appropinquaret exordium,
 præcepit Episcopus Clerum omnem ad vigi-
 liarum solemniam maturiùs conuenire, vt his
 statim peractis, primo diluculo præfatis nun-
 tijs optatum munus accipientibus, redeundi
 ad patriam opportunitas optata daretur,
 Conuenit autem pariter laicorum grandis
 numerus, quos ostensa priori die miracula ad
 quærenda sanctorum pignorum patrocinia
 ingenti delectatione inuitauerant. Cumque
 propè finito matutinæ laudis officio, auroræ
 ortus illucesceret, lux lucis & fons luminis
 illuminauit ciuem vrbis eiusdem, qui cæcus
 genitus, vsque in diem illum coæuam sibi eam
 miseriam tolerabat. Sed qui in Euangelio le-
 gitur per semetipsum hominem à pœnâ si-

G 5

mili

— *admir*
ms Bod

1-2. *ms. B.*

Act. 3. 8.

Nov. Capit. ms
Bode.

1-2. *ms. Bod*

1-2. *ms Bod*

cæco nato
visus

Ioan. 9. 1.

mili liberasse, hunc quoque per electum membrum suum à tenebris diurnæ noctis eripiens, ignotam priùs lucem videre concessit.

*Nov. Caput in ms. Bod
energumeno
libertas:*

*arrectus.
in ms. Bod*

19. Eadem horâ eodemque in loco, id est, in ecclesiâ coram Clero diuina carmina concinente, multisque alijs fidelibus aspicientibus, arrectus quidam à dæmonio, vexari miserimè cœpit. Diu namque ab eo torqueri antè solebat: sed tum interuentu eiusdem Confessoris, expulso hoste nequissimo, sospitatem mentis recepit, nec deinde vllum in se larualis phantasmatis sensit horrorem.

a Ostendimus superiùs rectè inuicem congruere characteres chronologicos hîc expressos; annumq; Christi 836. fuisse Ludouici Pij 23. à morte Caroli patris, & 24. ex quo imperiali eum diademate, ut in Vita eius dicitur, coronauerat pater, medio ferè ante mortem suam anno.

b Ita mss. Corfendonc. & Bodc. editi habebant quarto, perperàm, ut suprâ ostendimus.

c Vita 1. ac 3. solùm habet, Beatissimorum Petri ac Pauli Apostolorum. Vita 2. in Ecclesiâ Apostolorum. & congruit breuior Translationis historia, quam nunc dabimus.

d De S. Iuliano suprâ egimus, & plenius 27. Ianuarij.

e Ea primùm S. Mariæ dedicata, postea à S. Iuliano, cum sub idem ferè tempus huius reliqua in eam essent à S. Aldrico deportata.

CAPVT V.

Corpus S. LIBORII è Cathedrali
ad S. Vincentij adem transfertur.

*in Bod. ms.
nō est hic
novi Capiti
Signum.*

20. **I**Ta illius diei exordio geminatâ lætitiâ *Solenni sup-*
cælitus illustrato, infinitam populi mul- *plicatione*
titudinem sexus vtriusque atque omnis con- *(cuius hîc*
ditionis & ætatis, tam ex eâ regione, quàm ex *ritus expo-*
vicinis vrbibus, tantorum signorum latè cir- *nitur) effertur*
cumvolans fama contraxit. Celebratis verò *sacrum*
Missarum solennijs, accelerabat Episcopus *corpus è ba-*
sanctum illud corpus his, qui ad patriam se- *silicâ maia-*
cum delaturi erant, commendare, ipsumque *re:*
cum honore debito ex vrbe deducere, ante-
quàm adueniens turbarum immensitas, eo-
rum iter impediret. Ornatur itaque Clerus
omnis sacerdotalibus & ecclesiasticis indu-
mentis, eleuatoque feretro sanctorum pigno-
rum in humeros Sacerdotum, sonantibus
quoque signis omnium per vrbem ecclesia-
rum, ac præeuntibus, qui sanctæ ac viuificæ
Crucis vexilla sanctorumque Euangeliorum
libros ac sacras reliquias in aureis argenteis-
que reconditorijs cum aromatibus præfere-
bant, deducitur cum ingenti cunctorum ve-
neratione, cum psalmis, hymnis & antipho-
nis, in oratorium 4 S. Vincentij, sitam iuxta
portam vrbis, per quam egressuri erant.

*humeris Sa-
cerdotum
ms. Bod.*

— et in Bod

*a Orati-
o ms do-
mum. ms
Bod.
Sitam. id.*

21. Prosequebatur autem maxima multi-
tudo

tudo plebis: sed non minor ibidem obuiauit, quæ signorum rumore audito, vndique confluebat. ¶ Tam verò non leuis oritur contra Præsulem populi querimonia, clamantibus plurimis, magni se patrocinij tuitione priuari, ablato à se corpore tanti Confessoris, cuius intercessione solerent ab omni aduersitate muniri. Hoc suæ regionis vnicum post Deum fuisse tutamen, hunc honorem maximum, hanc gloriam singularem. Timere se meritò posse, ne translatis eius venerandis artibus pariter nominis eius in breui veneratio memoriaque neglecta, indignos eos ipsius interuentu apud Dominum faceret. Arbitrari sese, Pastoris potius officio conuenire, Sanctorum pignora ad munimentum gregis sibi commissi vndecumque acquirere, quàm eorum, quæ haberent, pretiosissima quæque in alias mittere nationes.

22. Commotus aliquantùm his vocibus Antistes, & maximè lamentantis turbæ acclamatione, tandem facto silentio, populum in eadem ecclesiâ S. Vincentij ita breuiter allocutus est; Non est, inquit, æquum, Fratres, quemquam vestrùm putare, me in tantum aut commissæ mihi sollicitudinis, aut vestræ simul meæque salutis oblitum, vt hæc nostri perpetualis Patroni pignora sine certâ ratione ex hoc loco transferri permetterem. Si enim, cum apud nos Sanctorum corpora Deo miserante satis abundet, illi populo, qui nuper ad

*Novu Cap.
m. p. f. 104.
plebem ob
sacturam
reliquia-
rum cumul-
uantem,*

*aptâ oratio-
ne placat S.
Aldricus
Ep.*

ad fidem vocatus, & eorum aut parum, aut nihil penitus habens, à nobis huius suæ necessitatis solatium humiliter postulat, omnino assensum præbere dedignamur, fatendum est, nos Evangelici Apostolicique præcepti contemptores, contra ius caritatis fraternæ, claudere à fratribus viscera nostra. Absit verò hic error procul à cordibus vestris, ut putetis electos Dei iam cum ipso regnantes, ibi tantum, ubi corporaliter eorum habentur reliquæ, intercessionis suæ præstare beneficium posse. Quin potius credendum, eius patrociniū in hac Ecclesiâ, quam in carne positus fideliter rexit, & in quâ finem vitæ mortalis accepit, omnibus piè quærentibus in perpetuum non defuturum. In illo enim populo, noviter ad Deum converso, novos sibi servitores & veneratores acquireret, ad quos corporali præsentia suorum pignorum accederet: sed à vobis spiritalis eius protectio numquam recedet. Sciendum quoque, quòd serenissimus Imperator id ipsum fieri præcepit. Cuius quicumque potestati resistit, Dei nimirum ordinationi resistit. Prætereâ luce clariùs ostensum est, Dei pariter, & huius ipsius sancti Patroni nostri Liborij placere voluntati, ut ad illam, in quâ cum summo cunctorum desiderio expectatur, regionem adueniat. Quod si non ita esset, ab inchoato heri istius Translationis exordio, vsque ad hanc horam tanta nequaquam miracula coruscarent. Cum enim

1. 2. ms. Bod
Test. ms. B. inq
serit

1. 2. 3. 4. 5. ms. Bod

1. 2. 3. ms. Bod

Coruscarent
ms. Bod

IIO VITA S. LIBORII PATRONI

enim placatus potius, quàm iratus, Deus dona cœlestia largiatur, quisnam existimare potest, quòd si hoc opere offenderetur, tantis illud signorum beneficijs illustrasset? Quocirca, Fratres, ab hac intentione desistite, ne Diuinæ dispositioni comprobemini palàm resistere voluisse.

*dispensationi
ms. Bodic.*

*Cap. Nouu. ms. Bod.
dein recens-
sis mira-
culis*

23. Cùm his & multis alijs admonitionibus, & maximè Dei nutu, sedata plebis commotio quieuisset, præcepit Pontifex eos, qui per totum biduum à varijs debilitatibus, seu ab immundis spiritibus, liberati fuerant, in vnum congregatos, ad conspectum multitudinis nouiter aduenientis adduci: vt eorum omnem & pristinæ calamitatis, & nouæ reparationis historiam pandens, Diuinam clementiam faceret ab omnibus vnanimiter collaudari. Vbi primùm verò populus coadunatum illud recens sanatorum agmen adspexit, & quos nudius tertius diuersis passionibus affectos, iam tunc sanissimos esse cognouit, subitò ex omni parte infinitæ multitudinis vox magnæ gratulationis exoritur. Nec datur vllus Episcopum loquentem audiendi locus: sed nemine tacente, nemine alium expectante, pro se quisque, quâ poterat, Deum voce laudabat. Cumque etiam Clerus, Episcopo incipiente, hymnũ TE DEVM LAUDAMVS, & quædam alia tantæ lætitiæ conuenientia decantaret, immensæ illius iubilationis sonus, inexplebili supernæ laudis delecta-

*-nã - tatem
ms. Bod.*

1. 2. ms. Bod

*et cum ceteris
= de Deo palàm
est in gratias agit
ms. Bod
diuersis
ms. Bodic*

lectatione, in longum diei spatium protelatus est.

a Hoc oratorium, ut ex aliâ Translationis historiâ patet, erat Ecclesia Cœnobij S. Vincentij à S. Domnolo Episc. Cenoman. (cuius natalis agitur 1. Decemb. Translatio 16. Maij) adificata; dedicata à S. Germano Ep. Parisien. qui 28. Maij colitur, restaurata à S. Aldrico, vti scribit Coruasserius.

CAPVT VI.

Miracula facta in itinere Carnotum
versus.

Non est hic in
ms. Bod. n. v. u.
Cajut.

24. Quo tandem finito, aduocatis Badu-
radi sæpè memoratis Episcopi Mis-
fis, beatæ memoriæ Aldricus Antistes pretio-
sissima illa, quæ suprâ diximus, pignora co-
ram omni Clero & populo commendauit
sub obtestatione grauissimâ, vt cum digno
semper honore tractarentur, nec eis vnquam
omnis reuerentia cultus Ecclesiastici à quo-
libet Episcopo Paderbornensi, & Clero suo,
quolibet tempore subtraheretur. Dehinc in-
ter vtriusque Ecclesiæ, Cenomanicæ videlicet
& præfatæ Paderbornensis congregationis,
firmatâ caritate perpetuæ a fraternitatis, ad
patriam eis redeundi licentiam dedit. Quos
tamen vnâ cum multitudine extra ciuitatem
aliquamdiu profecutus, cum paucis suorum
rediit: quoniam à tam glorioso comitatu vix
quisquam nisi inuitus separabatur.

dat Legatid
corpus, is-
betq; reue-
renter ha-
beris

therbûrn.
ms. Bod
init cum ijs
fraternita-
tem:

1. Az. ms. B

At illi Ceno-
ms. B. manus 1.
Maij lati
discedunt.

Contendebant
ms. B

de Sancti ope
est in curati, sur-
ms. dus de mu-
I de us Pont-
est in leuua,
ms. b

Cap. Nov. in ms. B.
Infirma,

25. Et illi quidem, annuente perspicuâ Dei clementiâ, voti sui se compotes effectos sum- moperè gratulantes, Kalendis Maij ab vrbe Cenomanicâ profecti, cum omni studio ad patriam festinare contendunt; Cuius itineris gloriâ ac lætitiâ quis dignè valeat enarra- re? Opportunum tamen credimus, viam om- nem celeri stylo percurrere, annotatis tan- tum locis, in quibus præcipua sunt, eademque certissima, gesta miracula. Nam omnia, quæ sacrum illud iter cælesti quodam lumine illu- strarunt, ne illorum quidem aliquis, qui præ- sentes fuerunt, dicere aut memoriâ potuit retinere.

26. Illis itaque proficiscentibus, prædictâ die iuxta locum, vulgò b Pontleuua nomina- tum, secutus eò quidam ex familiâ [pertinente ad seruitium] Ecclesiæ ipsius S. Liborij, quem & sensum audiendi, & sermonis vsum num- quàm habuisse magna pars populi nouerat, Dominum suum, vt sui misereretur, quia vo- ce non poterat, gemitu & lacrymis precaba- tur. Cumque crebrò caput inclinatum, ex- pansæ manus, leuati modò ad cælum, modò ad sacrum feretrum oculi, satis internum eius affectum indicarent, nec iam præ lassitu line sequi longiùs posset, tandem à pœnâ secum genitâ relaxatus, eo primùm die cœpit & au- diri loquens, & loquentes audire.

27. Inde cœpto itinere properantes, cum ad ecclesiam quamdam, S. Medardi memoriâ cele-

celebrem, propinquarent, ibi in viâ quædam mulier à longâ infirmitate curata est, quam per omne tempus vitæ suæ priùs tolerasse fe- rebatur. De quâ id, quamvis incredibile, multorum tamen relatione afferebatur, quòd nullum alimenti genus vnquam gustare potuerit, sed cochlearum more, suo victitans succo, noxio tantùm aleretur humore. Quod nequaquam affirmantes; id tantum dicimus, quod verum nouimus, eam ad S. Liborij patrocinium & venisse languidam, & redisse incolumem:

28. Hinc ad basilicam S. & Symphorij aduenientes, ibidem sunt recepti hospitio, vbi notem illam splendor pietatis Diuinæ clarè fecit illucescere. Nam fœmina quædã, diu malignorum spirituum se vexantium miserabile receptaculum facta, ad sæpè memorati Confessoris implorandum pro eâ suffragium, in ecclesiam adducta est. Finitis verò matutinis ex more vigilijs, cum facto iam silentio plebs egressura esset, cœpit subito horrorem diræ vocis emittere, ululare, mugire, sibilare, ac per omnia belluinos imitari sonos: vt nisi præsens videretur, nihil minùs quàm mulier putaretur. Terrore cuncti, qui aderant, simul & miseratione permoti, teneti eam, & ad Sanctorum feretrum propiùs iuuitam trahi fecerunt. Deinde vnanimis pro illâ preces fundentes, citò exaudiri meruerunt. Denique statim à dæmonum violentiâ liberata, sobriâ

H mente

fatidiah

132
Cap. Nov. ms. B.

energumena

atop. ms. B

mente ac voce gratias & laudes Deo referens, euntes eos inde diu cum populo sequebatur.

Nov Cap. MS. B.

contractus,

29. Exinde festinato cursu monasterio S. Sulpitij appropinquantes, vident eminus adduci mendicum quemdam in vehiculo, qui miserabiliter toto penè contractus corpore fuit. Nam & pollices vtriusque manus erant in medium palmæ incuruati, & reliqui digiti supra ipsos pollices extensi, ita eos stringebant, ut ungues radicibus palmarum hærent infixi. Reliquum corpus adeò velut in spheram rotundatum videres, ut genua pectori, summitates pedum renibus iungerentur. Sed quantò eius fuerat miserabilior pœna, tantò secuta est mirabilior medicina. Interuenientibus namque B. Liborij meritis, cuius opem integrâ fide implorabat, erectis in momento ac sanatis omnibus simul membris, prosiliit de paruo illo, quo vehebatur, curriculo, & celeriter ad loculum sacri corporis currens, ibidem se in terram prostravit cum ingenti affectu, corde simul & ore, gratias agens. Mirati populus, Deumque sublatis in cælum vocibus collaudare, quòd non videretur circa viuèntem hominem amplioris virtutis opus sub cælo fieri potuisse.

1. 2. MS. B.

energumens:

30. Pergentes verò ad ecclesiam quamdam, in honorem S. Petri Apostoli dedicatam, subito dæmoniacum, qui eos aliquamdiu sequebatur, conspiciunt in viâ mediâ cecidit-

cidisse. Ad quem erigendum cum aliqui ex plebe cucurrissent, iacuit omnino sine motu aliquo, ut ab omnibus esse mortuus non dubitaretur. Post paullulum tamen erectus ad sedendum, coepit sensim quasi reuiuiscere: & sequenti die coram populo laudes Saluatori suo rependens, sanus apparuit, ac si numquam a maligno fuisset hoste vexatus.

a De eâ fraternitate egimus supra.

b Vulgò Pontlieue. in Vita S. Hadoindi Ep. 20. Ianuarij cap. 1 n. 3. Pontilema appellatur (forsan vitiosè pro Pontileuca, aut, ut hic, Pontileuua) & Pontilemalensè xenodochium; fortè Pontileualensè. Domnus Bartichrannus eiusdem vrbs Episcopus, ut ibi dicitur, ipsum xenodochium in Pontilemâ in honore S. Martini fecerat, ut omnes aduentantes, tam diuites quàm & pauperes, ibi receptiones haberent, & alimenta & onera necessaria abundanter inibi acciperent. Colitur S. Bertichrannus 6. Iunij.

Pontileualensè xenodochium etiam pro diuitibus.

c Symphoriani legendum, ut patet ex breuiori historia infra num. 7. celebris in Galliâ S. Symphorianus Martyr Augustodunensis 22. Augusti: Symphorium nusquam legi.

C A P V T VII.

cap. Nov. MS B

Carnoti & Parisijs gesta.

31. P Roinde cum tantis Diuinorum beneficiorum donis, velut caelestibus radijs, micantem viam læti carperent, quæ plus quotidie gaudij, quàm fatigationis offerret; contigit, ut ad ciuitatem Carnotensem, satis amplam & populosam, deuenirent. Cuius vrbs

occurrit cum Clero Episcopus Carnotensis a ferret MS.

H 2

Episco-

Bernivng. Ms.

Episcopus, a Bernuinus nomine, iam tum ætate simul & moribus valdè maturus, collectis ex more Presbyteris, eo tempore synodum in vrbe celebrabat. Cui cum nuntiatum esset, qualiter & quo ordine assumptum Cenomanis corpus præfati Confessoris, suæ iam vrbi appropinquaret, statim cum omni illo sacro Sacerdotum collegio, totoque Clero suo & populo, processit in eius occursum, atque cum hymnis & canticis spiritalibus illud deuotissimè extra urbem longè progressus excepit, [iussitque vt deferretur per viam, quæ ducit foras muros ciuitatis ad oratorium, in quo S. b. Carani membra requiescunt.] Cumque cateruatim sequente grandi multitudine ad memoratum locum honorificè duceretur, sonantibus signis per totam urbem, & populo excelsâ ad Deum voce proclamante, vt tantam sibi gratam esse deuotionem Dominus declararet, multa ibidem per B. Liborium fieri signa concessit. Ex quibus vnum præcipuum hoc loco memorare decreuimus, reliqua, vitandæ prolixitatis causâ, intermittentes.

32. Puella, quæ ab exordio miserandæ natiuitatis, membris ferè omnibus curua, & velut in globum contorta, numquam vel mentum à genibus leuare, vel plantas pedum à femoribus remouere valebat, ante loculum sanctorum cinerum deportata, singulorum officia membrorum cum integerrimâ sanitate

[] defunt
in ms. Bodic
b

1. 2. 3. sonantibus
ms. b. campanis:
= fore ms. b

facta ibi
miracula:

contracta
sanata:

— pignorum
ms. B.

rate suscepit. Sed quoniam brevis illa vestis, quâ contractum prius corpusculum facilè tegebatur, iam erectè stanti non sufficiebat, quin ex parte nuda videretur; citissimè fideles quique (nam in ecclesiâ corâ Clero & populo res gesta est) raptis fœminarû facitergulis eam contexere, donec allatis sibi congruis indumentis vestiretur. Ibi ergo cum spiritali lætitiâ noctem illam transigentes, primo manè optatum iter arripuere.

33. Appropinquantes verò Parisiensi civitati, quam fluentis Sequanæ cinctam, c Julius Cæsar condidisse, & ob similitudem insulæ maris, d Ilius nominatæ, Parisius fertur appellasse; simili modo ab Episcopo loci illius e Er-canrado nomine, omniq̃ue populo, ultra pontem stratum super memoratum fluvium occurrente, suscepti, & in principalem eiusdem urbis ecclesiam deducti sunt. Erat autem dies Dominica. Cumq̃ue Missarum ibidem solennia celebrarentur, deducebatur in medium fœmina quædã de viciniâ eiusdē loci oriunda, quæ cum pœnâ gravissimâ nata, in eadem præteritum vitæ suæ tempus exegerat. Muta

enim à natiuitate & surda, tertio insuper tormento subiacebat, quòd videlicet mente capta, spiritu agitabatur immundo. Hæc in conspectu omnium ad Missas circumstantium vehementer anxari cœpit & sudare, postremò in pavementum ruit. Post celebrationem mysteriorum, ad mansionem deportata est,

Cap. Nov. Ms. B

excipiuntur Parisiis hō-sius norificè: c. d. ms. Bod

c

d

e

—Con=ms B

—strato ms. D

muta, surda, stulta, energumena = sanatur; deef in ms. B

118 VITA S. LIBORII PATRONI

Yam. ms. B

& ad vesperam rursus in ecclesiam delata, ibi cum multis alijs pernoctabat. Statimque ut albescente polo roseum auroræ iubar illuxit, lux magnæ misericordiæ Dei, effugatis ab eâ tenebrosis tortoribus, & auditus illi & vocis facultatem condonavit. Obstupuere magno- perè cuncti, qui aderant, videntes eam in vno momento ita immutatam, ut & vacua esset à dæmone, quo plena erat, & plenum haberet membrorum officium, quo vacua fuerat.

= deest in M

*alius mutus
& surdus:*

f

g

cuiusq; ms. B

= deest in M

34. Euntibus autem illis iuxta f Montem Martyrum, cum essent iam à dextro latere insignis g monasterij S. Dionysij, occurrit ibidem seruulus quidam de familiâ eiusdem Martyris, quem & Sacerdotes & cuiuscum- que gradus Clerici, necnon & plures laici, contestati sunt ab exordio natiuitatis suæ auditus pariter & loquelæ vsu penitus caruisse. Qui appropinquans sacris pignoribus, ubi vidit plures è populo pro suâ quemque facultate in honorem S. Liborij, ad eius loculum iactare munuscula, & ipse quoque satis deuotè aliquid de vestimentis proprijs illuc offerre nitebatur. Cuius extemplo adiutus inter- cessione, apertis auribus & soluto vinculo linguæ in eadem horâ Dei laudes canentem populum audiuit, & ipse simul cum gaudio decantauit.

extemplo ms. B

a *Claudius Robertus Hieronymum, & Berninum appellat: alij Geruinum, uti Cornasserius refert.*

b *S. Carani, siue Karauni, Carnutum Apostoli, Gallicè S. Cheron, natalis agitur 16. Maij.*

c *Ne-*

c Neque Parisiorum urbem Caesar condidit, neque ea fortassis sic nuncupata illius auro: sed ciuitas vniuersa, siue gens ipsa, Parisij dicta: vrbs precipua Lutetia, non ab ipso primum sic appellata, sed antea (vt lib. 7. de bell. Gall. patet) eo nomine nota, eodẽ ferè etymo, vti reor, quo in Eburonibus Leoticus, siue Leodicus vicus, etiam tempore Caroli Magni dictus, que nunc vrbs magna Leodium. Idem enim sunt Leodes, Leudes, Luidi, liudi, luiti; & fortè læti, ac leti: Teutonicè, luden, luyden, lieden, populi, & nonnumquam clientes, siue homines, aut vasalli. Eadem notione Leodienses Gallicè urbem suam Lige vocant, quòd villa ligia, siue latica, id est, militum aut hominum ligiorum, seu vasallorum olim fuerit, cum in propinquo Lupilia esset palatium regium, sed hac alibi indicata. Quod quidam Lutetiam à luto dictam volunt aut quasi λουστειαν à candore, erudito nulli prababunt: vnde Latina Græcave vocabula, apud interiorem Galliam, Celticã tunc linguã utentem?

Lutetia &
Leodium
vnde?

d Nota Ortelio & antiquis Isidis insula, portus, templum, oppidum, regio; diuersa omnia: at nusquam nobis Isius insula lecta. Parisij potius videri possunt ab Isia, siue Æliã amne, qui nonnullis etiam Isara, appellati: ab eius enim leuã ripã colebant ad Matronam ac Sequanam amnes, inter Bellouacos ac Meldas. Ipsa Lutetia olim posita erat in insulã fluminis Sequanæ, in quã nunc quoque templum Cathedrale, prolatis utrimque longissimè pomærijs.

vnde Parisij?

e Claudius Robertus duos eius nominis statuit Parisiorum Episcopos, quorum prior interfuerit an. 829. Parisiensi concilio, (in quo tamen illius nomen non exprimitur) alter electioni Hincmari Remensis Archiep. an. 845. & Parisiensi concilio an. 846. Medios locat Ermanfredum, de quo nihil memorat, & Inchadum, quem interfuisse ait restitutioni Ludouici Pij an. 835 obijisse 839. At concilio ad Theodonis-villam, in quo reconciliatus Ludouicus, Ebbo Archiep. Remensis de. Erchanradus positus, Inchadus nullus, sed Erchanradus Episcopus Ep. Parisiensis

subscriptus. Anno vero 836. à concilio Aquisgranensi II. ad Pippinum Aquitania Regem missi Aldricus Cenomanica urbis & Herchinradus Parisiorum Episcopi. Atque ex hoc ipso coætaneo scriptore patet, Ercanradum tunc Episcopum fuisse, non Inchadum. In Parisiensi concilio an. 846. Erchenradus appellatur: apud Floardardum lib. 3. cap. 1. Ercamradus.

Mons Mar-
tyrum.

f Gallicè Mont-matre. in eo casus capite S. Dionysius Parisiorum Apostolus, cum SS. Rustico & Eleutherio, de quibus agemus 9. Octobris. Distabat is locus ab urbe Lutetiâ mille circiter passus, celebratus in annalibus nostris, quòd isthic in ade Deipara Virginis S. Ignatius Loyola cum Socijs aliquot, votus Deo nuncupatis, prima posuit conflanda Societatis fundamenta.

S. Dionysij
monaste-
rium.

g Sepultus fuit S. Dionysius in fundo Catulliaci, à Catullâ piâ muliere: ubi dein vicus coaluit, qui in Vitâ S. Genouefæ 3. Ianuarij cap. 4. nu. 16. Catholacensis appellatur, siue Catholacensis, & in 2. Vitâ n. 14. Catholacensis, diciturq; in sexto à Parisius miliario situs. Dagobertus Rex sumptuosissimam isthic ecclesiam & monasterium adificauit, quod varijs deinde privilegijs, reliquijs, Regum mausoleis ac donarijs ornatum.

Nov. cap. III. Bid.

C A P V T V I I I.

Iter per Belgium ad Rhenum usque.

35. **I**Nterim festinantes cum summâ alacritate iter suum peragere, deuenerunt ad villam, quæ a Gebaloha nominatur. Vbi, sicut antea multorum fides & deuotio remunerata, sic etiam quorundam contumacia digna est correptione castigata. Contigit namque ibidem, vt fluuiolum quemdam transire deberent.

Gebaloha
ms. Bod

berent. Quò cum proximarent, hi qui san-
ctum feretrum portabant, quatuor, qui po-
 steriora eius tenebant cornua, recto tramite
 per vadum aquæ incedere volebant. Totidem
 autem reliqui, priorem eius partem gestantes
 in humeris, pontem magis, per quem transi-
 rent, quærere se velle asseriebant, in tam præ-
 claro Sanctorum obsequio calceamenta sua
 madefacere dedignant. Qui cum ad pon-
 tem quemdam venissent, & venerabilem the-
 saurum secum portantes, super eum transi-
 rent, repente rupto sub pedibus eorum in-
 strumento lignorum, omnes illi, qui in vado
vel pedes intingere aspernabantur, ex alto
 cadentes, in profundo flumine submersi sunt;
 meritis tamen sanctorum artuum, quos fere-
 bant, illæsi euasere: illud verò sacratissimum
 feretrum ab eâ parte, quâ ab illis, antequam
 caderent, tenebatur, (mirum dictu) nemine
 contingente, in aëre pendeat immobile,
 donec accurrere possent, qui illud accipien-
 tes, ad vadum reueherent: atque ita demum
 cœpto itinere perrexerunt.

36. Ex quo loco non longum iter emensi,
 consuetum virtutis Dei testimonium ad com-
 probanda merita electi sui videre meruerunt.
 Id ipsum tamen, quod factum est, quo appel-
 letur nomine, non satis occurrit. Euentum fuisse
 dixerim? sed non solet res talis casu eueni-
 re. Miraculum nominem? sed id non magno-
 perè quisquam eorum admirabatur. Quis

H 5

enim

*Sanctorum**in flumen, ms. B**fractio pontis,**labuntur,**vado transi-**re abnuentes**ne madefice-**rent;**= deest in M**feretro eorum**ceteris illa-**sis: nimirum**in ms. B**XV. cap. ms.**Bodic**energumens**Bavacensis**enim curatus,*

enim velut nouum miretur, quod sæpius in-
 tuetur? Mulier à dæmonio liberata est. Magna
 Dei pietas, magnum Confessoris eius meri-
 tum, rem alibi raram, in illo itinere fecit esse
 vsitatam. Quæ tamen mulier tunc à valde
 diurnâ vexatione saluata, (nam quindecim
 annis eâ laborauerat) haudquaquam ingrata
 suo exitit Saluatori. Cùm enim esset de ca-
 stello, quod *b* Bauaca nominatur, non infimis
 orta natalibus, relicta patriâ & parentibus,
 Deo & S. Liborio se, dùm viueret, seruituram
 deuouit; secutaque sancta pignora vsque ad
 locum, in quo hæcenus requiescunt, in eo-
 rum seruitio reliquum vitæ suæ spatium tran-
 egit. Circa hæc eadem loca & alia plurima
 sunt in viâ ostensa miracula: sed nobis festi-
 nantes illos ad patriam stylo prosequentibus
 non vacat in singulis immorari.
 37. Cùm ad Rhenum fluium peruenis-
 sent, erant in sancto illo comitatu prouincia-
 rum occidentalium populi infinitæ multitu-
 dinis, qui de longinquis locis illuc secuti, iam
 necessario reuerti ad propria debuerunt. Oc-
 currit verò nō minor mortalium numerus ex
 nationibus orientalem eiusdē fluminis ripam
 incolentibus; & maximè Saxones nostri, quo-
 rum confinia non longè ab amne memo-
 rato distant. Ipsi enim nuper ad fidem vocati,
 auditâ tantorum famâ signorum gregatim ex
 suis vndique locis eò confluxere. Stabant igitur
 in vtroque littore turbæ innumerabiles,
 diuerso

= deest in Ms
 Ba.

b
 1. 2. 3. 4. ms Ba
 1. 2. Sancti ser-
 ms. B. uitio se de-
 nouet:

plura ms.
 alia mira-
 cula:

Nov. Cap. ms. B.

1. 2. ms. Ba

plurimi piæ
 comitan
 tms.

diuerso nimis affectu sese inuicem contem-
plantes. Siquidem suscepturis pretiosum illum *donec Rhe-*
thesaurum quantum gratulationis & gaudij, *num tray-*
dimissuris verò quantum mœroris & gemitus *ciant:*
hora illa attulerit, quis vnquam exprime-
re poterit? Denique statim vt sancti corporis *Sacri ms B*
baiuli nauem introierunt, vniuersa plebs, quæ
diutius sequi non valebat, vnanimiter sese in
terram prosternens, cum ingenti gemitu &
intentâ supplicatione B. Liborij se patrocínio
commendabat, testes quodammodò affectus
sui largos lacrymarum imbres effundens. Pari
modo & hi, qui in citeriore littore expecta-
bant, terræ aduoluti, sacra pignora cum
omni, quo poterant, honore suscipientes, &
gratias agentes Deo, læti cum laudibus de-
duxêre.

a Ms. Bodecen. Gebalhoha.

b Bauacum, *hic* Bauaca, *oppidum est Hannonia Bauacum*
antiquissimum, ac præcipua Romanorum in Neruijs vetus oppi-
statio, Βάγανον Ptolemeo, forè Βαούανον, Bagacum dum.
Neruiorum Antonino, vti 15. Ianuarij diximus, cum
de Translatione reliquiarum S. Mauri Abbatis agere-
mus: pro quo est in tabulâ Peutingerianâ Baca Coner-
uio, pro Bacaco Neruio. Isthic Circi ruina visuntur,
ingentium adificiorum fundamenta, nec procul inde
aquaductuum vestigia, aliq; monumenta antiquita-
tis, atque illud ferè præcipuum, quòd septem vie mili-
tares Romanorum inde ad varias vrbes ducunt: qua-
rum quæ celeberrima, quòd per pagum Brunehault
ducta (restauratâ quidam non ineruditi à Brunehilde
Reginâ autumant, quo argumento, ipsi viderint) vul-
gò la Chauffee de Brunault appellatur, & Coloniam
vsque tendit, vti in Itinerario Antonini itur, Bagaco,
Vodgo-

124 VITA S. LIBORII PATRONI
Vodgoriacum, Geminiacum, Perniciacum (*melius*
Peruiciacum) Aduacam Tungrorum, Corioual-
lum, Iuliacum, Coloniâ: *quorum locorum hæc nunc*
nomina sunt, & Gallica, totidem Teutonica: Bauay,
Woudray, Gemblours, Pervvez; Tongeren, Alt-
Falckenborg, Gulich, Colen.

Cap. Nov. ms. Bod.

C A P V T IX.

S. LIBORII corpus Paderbornam deportatum.

*occurrit
cateruatim
Vestphali:*

*Paderborn.
ms. Bod.*

*infirmi s.
sanati:*

Virtutis. ms. B.

38. Igitur ingressi Saxoniam, præ nimia sibi
obuiante turbâ vix gradum mouere po-
terant. Totis tamen nisibus iter accelerantes,
tandem die tertio, id est, quinto Kalendarum
Iuniarum, quo tunc sacra Pentecostes solen-
nitas agebatur, ad desideratam diu Pader-
bornensem ecclesiam peruenerunt. A quâ
cùm adhuc tribus distarent millibus, iuxta
fluuium quemdam & Hedraha vocatum, ob
immensam multitudinem, quæ vsque ad me-
moratum locum sequi non poterat, in medio
campo Missarum celebrauere solemnia. Quæ
antequàm finirentur, in eodem loco quin-
que pariter homines à varijs debilitatibus li-
berati, causam immensæ admirationis & læ-
titiæ tantam Dei virtutem videnti populo præ-
buere.

39. Insuper eadem horâ in sæpè memo-
ratâ Paderbornensis monasterij ecclesiâ, cui
talis gloriæ decus per tanta terrarum spatia
affe-

afferebatur, contigit quoddam clarum valdè
 miraculum, velut insigni præconio B. Liborij
 aduentum annuntians. Nam puer quidam de *puero vobis*
 eadem oriundus parochiâ, qui à die natiuita- *auditusq;*
 tis suæ surdus erat & mutus, ibidem auditum *diuinitus*
 pariter percipere meruit & loquelam. Age- *conferatur*
 bat hoc nimirùm Diuina dispensatio, vt in
 die aduentus ipsius tot signa coruscantia in-
 dicio essent, eundem locum ad hoc fuisse
 cælitus electum, vt tanti Confessoris corpore
 illustraretur.

Cap. Nov. Ms. B

40. Quod cum innumeris vndique sti-
 patum turbis, monasterio paullatim appro-
 pinquare cœpisset, Episcopus quidem nequi-
 bat occurrere, (nam apud palatium tunc mo-
 rabatur) sed tamen Clerus omnis cum vni-
 uersis Ecclesiastici cultus ornamentis proces-
 sit obuiam, sequente populo, qui vel de lon-
 ginqvis venerat, vel ex eodem oppido & vi-
 cinis locis illuc ad audienda Missarum solen-
 nia in tantâ festiuitate fuerat congregatus.
 Cumq; sibi non paruo ab oppido intervallo
 vterque populus, sequentium videlicet vene-
 rabile corpus atque excipientium, obuiasset,
 ij qui occurrerant, ter cuncti simul solo pro-
 strati, summâ illud cum veneratione suscepe-
 runt. Cumq; Clerus in hymnis & confes-
 sionibus Deum benediceret, & spiritualium
 carminum melodiam, Sanctorum laudi con-
 gruam, concineret, populus verò KYRIE
 ELEISON ingeminaret, cum ineffabili iubi-

magnâ ordi-
 nium ordi-
 num accla-
 matione &
 pietate,

vingus Ms. B

hi qui occur-
 rerunt Ms
 1-2. Ms

lo

lo erectis ad Deum mentibus singulorum, nihil eius laude dulcius videbatur: ita ut in huius vitæ exilio similitudinem quamdam beatitudinis, quæ in patriâ speratur, prægestasse viderentur, de quâ dicitur: Beati qui habitant in domo tuâ Domine: in secula seculorum laudabunt te. Quem illis tantum divinæ laudis amorem, eius meritis credimus inspiratum, in cuius tunc exequiarum honorem fuerant congregati: quoniam & ipsius sola in cælis beatitudo, vita & gloria, non nisi laus Dei est, in cuius caritate perfectâ ad tantum ipse sanctitatis culmen ascendit. Itaque cum sensim magis ac magis in altum sublatae populi voces attollerentur, etiam circumquaque gaudentium, psallentium, Deo gratias agentium & iubilantium, illi in voce exultationis per totam viciniam sonitus intonarent, cum tali honore sacratissimum corpus in ecclesiam delatum, & in loco, in quo hætenus requiescit, collocatum est. Vbi quantis postmodum miraculis effulserit, quanta sanitarum dona præstiterit, alibi dicenda reseramus, hinc præsentis libello terminum imponentes.

41. Hæc denique secundum tuum, Præsul venerande, præceptum, nostrumque propositum, de ijs quæ in Translatione eius gesta sunt, non quidem ut voluimus, & tantæ rei conveniebat, sed ut potuimus, & scientia superpetebat, describere curauimus: non magni-

Psal. 83. 5.

— deest m
ms. B.

defertur
Paderbor-
nam sacræ
corpus:

— et. ms. B.

multi sunt
miracula.

Nov. Cap. ms. B.

Epilogus
Auctoris.

Volumus ms. B.

pendentes in sermonum qualitate reprehendi, dum tantum integræ veritatis fide seruata diuinæ operationis insignia silentio tegi nequaquam permetteremus. Nostri enim propositi necessitas admonet, vt in huiusmodi operibus nobis iniunctis id omnimodis elaboremus, vt si nos imperitia facit ineloquentes, deuotio tamen ostendat obedientes. Nec infructuoso nos sudore laborasse confidimus, si alicuius lectoris hæc in manus sumere dignantis, vel cuiuscumque audientis animus in laudem largitoris tantarum virtutum fuerit excitatus. Merito namque laudes illi & grates toto corde referimus, qui nos inter tot ærumnas seculi laborantes, tantorum Patronorum suffragijs tueri dignatur. Qui per visibiles corporum curationes ad internam nos animarum salutem quærendam prouocantes, spem tribuant per eorum exempla & intercessionem illuc perueniendi ex hac valle lacrymarum, vbi absterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum. Quò qui iam Sanctum suum Liborium feliciter perduxit, nos quoque licet indignos, eius interuentu, venire concedat, qui in Trinitate perfectâ vnus & verus viuunt & gloriatur Deus per infinita secula seculorum, Amen.

a Serena vocatur in minori historia. Videtur is esse fluuius, qui Salcottenâ defluit iuxta arcem & pagum Werne. Sanè Ioannes Gigas, siue Rife, in Prodomo Geographico, viam regiam à Rheno Paderbornam ita describit; Duisburgo, Brock, Mollem, Effendiam, Boec-

1.2.ms B

Boeckum, Tremoniam, Vnnam, Gesekenam, Saltkottenam, Paderbornam. in quâ viâ is quem dicitur fluius occurrit, congruente dimensione, qua in historiâ assignatur. Neque nomen fluij Serena, à Verne aut Werne, arcis ac pagi nomine multum abluat. Verena fortassis, aut Werena, scriptum olim fuit.

E I V S D E M
T R A N S L A T I O N I S
H I S T O R I A,

Ex veteri Legendario Eccl. Cenoman.

Baderadus I.
Ep. diuino
monitu it
Cenomanos,
Reliquias
petiturus,



Tempore quo Cenomanica Ecclesia B. Aldrico Pontifice gloriabatur, & Gallia sub Ludouico Pio Rege & Imperatore florebat; Baderato venerabili Patroburnensi, Saxonix regionis, Episcopo, vnde a B. Aldricus oriundus erat, Diuinâ iniunctum est reuelatione, ad urbem Cenomanicam proficisci, sacrarum reliquiarum perdiuitem & inde aliquê ibi quiescentiam deferre Sanctorum, toti Saxonix, de nouo ad fidem Christi conuersæ, sacris meritis profuturum. Qui nihil cunctatus Diuinis obedire præceptis, adhibitis sibi reuerentioribus suæ Ecclesiæ personis, eò proficisci decreuit. Sed vt sacræ petitioni regia quoque sub-